

[erunt, pignori erunt horreario si quis pro pensionibus satis ei [non fere]rit. Quisquis in his horreis conductum habet et sua |
..... fuer. vénia. [Qui]squies in his horreis conduct. habet,
pensiōne solúta chirogr. | [Quisquis habens conductu]m horreum
su[a ibi] reliquer. et custodi nón adsignaver., horrearius sine culpa erit.

*Romae extra portam Salariam rep. (VI 33747 vidit Huelsen; imaginem optime
factam Gatti bull. arch. municipale 1885 tab. XVIII cf. p. 449).*

5915 M. Holconius Rufus d. v. i. d. tert.¹, | C. Egnatius Postumus
d. v. i. d. iter., | ex d. d. ius lumen | opstruendorum² HS oooooooo³ |
redemerunt parietemque | privatum col. Ven. Cor.⁴ | usque at tegulas |
faciundum coerarunt.

*Pompeis rep. in templo sito ad forum (vel ad id templum), quod Veneris
dicebatur, sed quod constat esse Apollinis (X 787 vidit Mommsen). — 1) Duovir
iure dicundo tertium (duovir iure dicundo Rufus fuit a. u. c. 751/2, teste titulo
X 890; cf. supra N. 5658). — 2) Quae lumina obstructa sint (vel quibus lumini-
bus obstructum), contra Schoenium (cf. C. I. L. l. c.; Nissen pomp. Studien p. 218
seq.) exposuit Mau apud Overbeck Pompejii ed. 4 p. 636, 45 (cf. Mau Pompejii p. 77).
— 3) Sestertium tribus milibus. — 4) Coloniae Veneriae Corneliae (Pompeis).*

5916 M. Saufeius M. f. Rutilus, | C. Saufeius C. f. Flacus | q.¹, | cu-
linam f. d. s. s. c.², eisdem|q. locum emerunt de | L. Tondeio L. f.
Publicum | est longu p. CXVIIIS, | latum af muro ad | L. Tondei vorsu
p. XVI.

*Praeneste (I 1145. XIV 5002; Ritschl tab. LIIIa). — 1) Quaestores. — 2) Fa-
ciendam de senatus sententia curaverunt.*

5916^a C. Volumnius C. f. Flaccus, | Q. Volumnius Q. f. Marsus |
IIIvir. i. d. | eruptam et locum ubi erupta est et aream | ubi viridia sunt
municipio Signino de sua peq. deder.

Signiae (I 1147. X 5971; Ritschl tab. XC B).

5917 Lollia M. f. Quarta ex testamento | scholam, domum et horti
qui emerentur | de sua pequinia, coloniae populoque Telesino | dedit.

Telesiae (IX 2231 vidit Mommsen).

5918 Favoniae M. f. | Verae, | quae domum Karalibus | populo
Norensi donavit, | M. Favonius Callistus | Augustalis, primus | Aug. per-
petus (*sic*) d. d.¹, | ob munificentiam in honorem filiae pientissimae | Iu-
noni sacrum | d. d.

*Pulae in Sardinia, ubi fuit Nora, est Cagliari (X 7341 vidit Mommsen). —
1) Decreto decurionum.*

5918^a Vesbinus Aug. l. phetrium¹ Augustalibus | municipi Caeri-
tum loco accepto a re p. | sua impensa omni exornatum donum dedit. |

Descriptum et recognitum factum in pronao aedis Martis | ex com-